realiter et effective satisfactum est, ob quam plenariam praemissas satisfactionem, eundem fratrem suum quietat perpetuo, eisdemque bonis paternis et maternis in rem eiusdem fratris sui renunciat et resignat, Suiterne hac sua personali Recognitione ad Acta omnia mediante.

Wolinski Consorti reformat

Comparens personaliter Coram Officio Castrensi praesenti Capitaneali Premisliensi, Generosus Joannes Wolinskij, sanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, Praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quoad Actum hunc attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo, palam libere publice et per expressum Agit. Quia ipse Generosae Marianna Szeptycka Consorti suae recognoscendo legitimae, eiusque fratribus Summam Duorum Millium florenorum Polonicalium dotis et expeditionis de bonis paternis et Maternis post ipsam acceptae et in domum suam importatae; Nec non aliam similem Summam, Nec non aliam Similem Duorum Millium florenorum Polonicalium ratione certi iusti et liquidi Dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum et obligatoriorum Mobilium et immobilium, Nec non auri argenti Clenodiorum, Vestium Vestimentorum, Pecorum, Pecudum Equiret ac totius suppellectilis domesticae nunc habitae et in posterum habendae Dedit, Dotavit Dotaliciavit inscripsit et reformavit, prout praesenti dat dotat Dotalicat inscribit et reformat, Quam quidem Medietatem

Praemissorum eadem Generosa Wolinska Consors sua, cum omnibus eorundem Utilitatibus et Usufructibus tenebit habebit et possidebit Illiosque quiete ac pacifice Usufructuet, vigore ac more aliarum reformationum hactenus ac diutius in Regno observari solitarum Hac Inscriptione ad formam sua mediante.

Corundem Aduitalitas

Comparentes personaliter coram Officio actisque praesentibus Castren Capitan Premislien Generosi Joannes Wolinsky abuna et Marianna Szeptycka Generosi olim Petri Szeptycki cum Generosa Cristina Premilska procreata filia, Coniuges Christi mutuo pte ab altera, Maritus solus per se Consors cum Mariti sui Christi Tutoris Coniugalis personali assistentia et Ultroneo ad infrascripta eiusdem consensu, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus Iuribusque Iurisdictionibus suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo Praesentibus Iurisdictioni Castren Capitan Premislien, quo ad hunc actum huius attinet. Se cum successoribus ac bonis suisque omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam liberis publice ac expresse recognoverunt et quilibet Illorum Personam suo pro Interesse recognovit. Quia, ipsi sibi mutuo et invicem omnium generaliter bonorum suorum haereditariorum et obligatorum Mobilium et immobilium Summarumque quarumvis pecuniarum Necnon auri argenti Clenodiorum Vestium Vestimentorum Pecorum Pecudum, Equitiis ac totius supellectilis domesticae, nunc habitarum et in posterum habendarum Mutuam aduitalitatem et Usumfructum ad extrema Vitae suae tempora inscripserunt et concesserunt, prout praesentibus inscribunt et concedunt, tali tamen modo. Quod Praemissorum Generosum Wolinskij Maritum quem praefata Generosam Wolinska Consortem